

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale,|| In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

VI. Vbinam ius Diuinum Secreti in Confessione scriptum legatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

taliter confessa, pro ut dixit Psalmista: Bea- Psal. 31.
ti quorum remissæ sunt iniquitates, & quo-
rum tecta sunt peccata. Et iterum in alio
Psalmo: Non congregabo conuenticula eo- Psal. 15.
rum de sanguinibus, nec memor ero nomi-
num eorum per labia mea. Et ipse Dominus
per Ezechiem dixit: Quacunq; hora inge- Ezech. 18.
muerit peccator, non recordabor amplius
peccatorum suorum. Quæ autem D E V S
tegit, delegatus suus, scilicet Sacerdos, de-
tegere non potest; aliòqui vices, & potesta-
tem delegati videretur excedere.

Præterea ea, quæ in Sacramentis exterius
geruntur, signa rerum sunt, quæ interius
fiunt: Illud ergo, quod interius poenitens se
Sacerdoti subdit, signum subiectionis est,
quâ interius se subiicit D E O, ac proinde
Absolutio Sacerdotis est signum Absolutio-
nis D E I, quâ peccata veluti obliuioni tra-
dita, sic contegit, iuxta illud Psalmi: Beati
quorum remissæ sunt iniquitates, & quo-
rum tecta sunt peccata. Cogitur ergo Sa-
cerdos eadem figilli consignatione habere
concreta, & oblita, quâ D E V S.

*Vbinam ius Diuum Secreti in Con- Quæstio
fessione scriptum legitur?* VI.

*E*odem planè loco, vbi occultorum Con- Respōsio.
fessio iubetur, vnde hæc necessitas secre-
ti per consequentiā deducitur. Apud omnes
sapientes enim indubitatiū est, ex necessitate
finis deriuari necessitatē ad mediorū: Et vt
exemplum

Caput VII. De Secreto seu Sigillo

exemplio dato, rem clariorem faciamus, si
viuere necessarium est, & id sine cibo serua-
re non possumus, fit ut & cibus ipse sit ne-
cessarius: Pari ergo ratione, quia confiteri
occulta scelera, idque ceu commune bonum
Ecclesiae, necessarium est, id quod sine con-
signatione sigilli secreti reseruari non po-
test; fit ut sigillum ipsum sit penitus neces-
sarium.

*Quæstio Quomodo iure humano Sacerdotene-
VII. tur ad tenendum Secretum Con-
fessionis?*

Respōsio. Q V O D de iure humano celanda sit Con-
fessio, apertum est ex Cap. Omnis vtrius-
que sextus, vbi contra Confessionarium, co-
fessionem verbo, aut signo, prudente, gra-
ues pœnæ imponuntur, scilicet, quod depo-
natur, & perpetuam agat intra monaſte-
rium pœnitentiam: Similiter de Pœnitentia
distinſt. 6. cap. Sacerdos, idem districte præ-
cipitur, vt scilicet nec pro scandalô viāndo
possit Confessor vlo modo Confessionem
sub graibus pœnis, ibidem contentis, de-
tegere.

*Quæstio An non licet Confessionem reuelare,
VIII. cùm celatio ipsius in præiudicium
communicantis cædit?*

Negue